

CVII

humane anime est consummata. hic enim incipit ibi impleri. quod dominus Job. xvij. oravit. Nolo pater ut sint unus sicut et nos unum sumus. Hanc unitatem in nobis inchoat xpc in via. et consummet in patria. Qui cum pa. 22.

De eadem dñica sermo. Lxvij. ¶

Fides tua te sal

uum fecit. Luca. xvij. Lepra a qua curatus est iste p fidem est vniuersalis membrorum corruptio et humorum. incitium habens in vasis et complementum in frontibus siue potius extra vasa. nascitur autem ex quatuor humoribus putrefactis. incensis tamen et corruptis. et in colaraznigram mutatis. vnde Constantinus dicit q lepra est passio frigida et sicca nascens de colera incensa et putrefacta. apprens in superficie corporis. ppter qd Gregorius dicit. q lepra est vitium cutis. putrefactio humorum quibus admiscetur melancolia ppter eius qualitatem frigidam et siccam putrefactioni repugnantem. nec potest compleuri nisi in corpore. vt moram faciat in membris. in quibus completur putrefactio. et fit lepre generatio. Casualiter tamen accidit aliquando lepra cum sit morbus contagiosus ex cohabitacione facta sepius cum leprosis. Aliquando ex coitu mulieris statim cognite a leproso. Aliquando ex semine corrupto leproso. qz lepra quasi iure hereditario transit ad prolem. Aliquando accidit cum fetus concipitur tempore menstrui. Aliquando ex corrupto lacte mulieris leproso. Aliquando ab infecto aere et cibis nimis frigidis et siccis et carne bouina et asinina. vtilina et hmoi. Aliquando ex cibis nimis calidis sicut ex frequenti vsu sortis alleate et piperate. Aliquando ex carne porcina granulis infecta. et vino etiaz corrupto. Sed quocumqz modo generet vix nisi diuina manu curatur. et maxime in coepto si confirmetur. Hodierni ergo leprosi sunt a dño saluatore curati. et ad sa

cerdotes sunt missi in signum q omnes peccatis infecti debent sacerdotibus confiteri et ab eis absolui. verum tamen cum decem fuerint. vnus solus ad dñm redijt. qui gratias ei pro beneficio reddidit. vnde a domino audiuit qd superius audistis. fides tua te saluum fecit. In quo verbo leprosus imo potius iam mundatus comedatur a duobus. primosqz quantum ad virtutis habitum quo interius abstergebatur. habitus virtutis fuit interioris macie absterius. Scdo quo ad factum miraculum quo exteri curabatur. miraculum fuit exterius macie curatiuum. fuit enim p fidem interius curatus a culpa. sed p miraculum fuit emundatus a lepra. Dicamus ergo ei fides tua 22.

¶ Est ergo notandum circa totale verbum q fides est anime viuificatiua. Est intellectus illuminatiua. Est dyabolice tyrannidis cofractiua. Est mundane opulencie contemptiua. Est miraculorum opatiua. Dico q fides est anime viuificatiua. Costat enim q anima e mortua dum existit in culpa. et a vera vita est separata. Sed cuius e culpa expellere. eius e anime vitam donare. qz sol cuius e aeris tenebras fugare. eius est aeri lumen dare. Et ignis dum a ferro frigiditate expellit caliditatem p consequens introducit. Sic etiam est i omnibus alijs. Sed fidei est animam formaliter a culpa purgare. vnde dñm in actibus fide purificans corda eorum. ergo constat esse fidei vitam dare. Unde dñs Abacuc. ij. Iustus autem meus ex fide viuit. Sed qd vita nobilior. vide plantas in hyeme qn quoddam modo vident destitui beneficio vite. q sunt deformes et squalide et omni pulcritudine destitute. et fructibus omnibus spoliatae soli incendio ignis destinate. vide eas postea qn sunt vernali calore cōtecre. et que nunc prius erant oppresse solis beneficio reuiuiscunt. qz pulchris folijs vestiuntur. quanta florum suauitate ornantur. et quanta fructuum vbertate humanis necessitatibus coaptantur. Sed quid

Quand boni fit vna

Y i